Universitätsbibliothek Paderborn

Athanasii Kircheri Fvldensis Bvchonii E Soc. Iesv. Prodromvs Coptvs Sive Aegyptiacvs

Kircher, Athanasius

Romae, 1636

Capvt II. De Specie Nominum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12784

Visual Library

Adiect:propriè			Adiect:demonſtr:	
Ⲟⲩⲁϣ	magnus.		ⲫⲁⲓ.	hic.
VG. ⲉⲛⲉⲥⲉ	Bonus.	VG. ⲛ̀ⲑⲟⲥ		illa vel hæc.
ϣⲉ	multus.		Ⲑⲁⲓ	ille.

Quibus proprium & adiectiuum demonſtratiuum eſt ſua natura reſtricta ſunt & determinata; Appellatiuum autem & reliqua adiectiua, latè patentia & vaga reſtringuntur præfixo articulo. vti in ſuperioribus exemplis patet, vbi vides articulum V.G. ⲡⲓ maſculini generis, nequaquam proprijs nominibus, ſed appellatiuis tantùm adiũgi.

CAPVT. II.

De Specie Nominum.

Species apud Coptitas duplex eſt, Primitiua & Deriuatiua. Nomen primitiuũ eſt, quod nõ deriuatur aliunde, vt

ⲧ̀ⲫⲉ	Cœlum	ⲀⲄⲄⲉⲗⲟⲥ	Angelus.
Ⲡ̄ⲟ̄ⲥ	Dominus.	Ⲡ̄ⲛ̄ⲁ	Spiritus.

Deriuatiuum verò quod ab alio deriuatur. eſtque verbale & Nominale. Verbale eſt quod deriuatur à verbo, qualia ferè sũt omnia adiectiua & participia: vt ⲉⲓⲥⲁϫⲓ. loquens. & cætera quæ à verbo formãtur. Nominale verò eſt quod à nomine originẽ ſuã trahit; qualia ſunt omnia illa adiectiua, quæ ab appellatiuo quopiam formantur. vt

Ⲡ̄ⲛ̄ⲁⲧⲓⲕⲟⲛ	deducuntur à	(Ⲡ̄ⲛ̄ⲁ	Spiritus.
ⲥⲁⲣⲕⲓⲕⲟⲛ		(ⲥⲁⲣⲝ	caro.

ⲥⲁⲙⲁⲣⲓⲧⲏⲥ		(ⲥⲁⲙⲁⲣⲓⲁ	Samaria
ⲗⲉⲩⲓⲧⲏⲥ	deducuntur à	(ⲗⲉⲩⲓ	Leui.
ⲡⲓⲥⲩⲣⲟⲥ		(ϯⲥⲩⲣⲓⲁ	Siria.
ⲥⲱⲙⲁⲧⲓⲕⲟⲛ		(ⲥⲱⲙⲁ	corpus.

His quoque annumerari poſſunt, nomina deriuatiua locorum, quæ formantur præfixa particula, ⲡⲓⲣⲉⲙ vt

ⲡⲓⲣⲉⲙⲣⲁⲕⲟϯ	Alexandrinus.
ⲡⲓⲣⲉⲙⲛⲁⲍⲁⲣⲉⲑ	Nazarenus.
ⲡⲓⲣⲉⲙⲣⲱⲙⲓ	Romnus.a
ⲡⲓⲣⲉⲙⲛⲓⲕⲏ	Nicænus

Sunt præter hæc multa alia deriuatiua nomina, veluti loci, temporis, inſtrumenti, actionis, vicis, poſſeſſionis, diminutionis, ſimiliaque; Verùm ne ſimilibus nominum monſtris horrorem Lectori inferamus, vtpote ad noſtrum inſtitutum non magni momenti futurorum, conſultò hoc loco ea omittenda cenſuimus.

CAPVT. III.

De genere Nominum.

Genus duplex eſt, maſculinum & fæmininum; Fæminina ſunt ex ſignificatione. 1. Nomina mulierum, & ea quæ mulieribus tantùm conueniunt, vt ⲙⲁⲣⲓⲁ Maria. ⲗⲟⲩⲕⲓⲁ Lucia. ⲕⲁⲑⲁⲣⲓⲛⲁ Ca-tharina. 2. Nomina Regionum & Vrbium. vt ⲭⲏⲙⲓ AEgyptus. ⲁⲗⲉⲝⲁⲛⲇⲣⲓⲁ Alexandria. ϯⲁⲣⲁⲃⲓⲁ Ara-